



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. IV. Quid in Claßibus Philosophiæ, & Theologiæ Scholasticæ  
servandum sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

7. Perutiles porrò sunt Disputationes; quas propterea frequentes esse oportet: quibus dies, & horæ certæ constituantur; ubi non solum cum condiscipulis, sed & cum provecioribus, aut minùs provecis, & Præceptores etiam ad invicem disputabunt, semper, qua decet, modestiâ observatâ & aliquo præside; qui contentionem dirimat, & quid doctrinæ elici oporteat ex disputatis declaret. Sunt autem constitutæ disputationes tum Hebdomadariæ, tum Menstruæ in Ratione studiorum. Quo prævio examine, & qua lege habendæ sint annuæ, & solemnes Disputationes, pro Philosophis vide in R. Præf. 19. usque ad 26. & pro Theologis R. Præf. 7. usque ad 16. & R. Acad. Theol. 8. 9.

*Disputationes habenda.*

P. 4. C. 6. H. & §. 10. & C. 13. §. 3.

R. Præf. 16. R. Prof. Sup. 12. 14. 15. 16. 17. 18. & R. Phil. 17. 18. & Theol. 14. & R. Moral. 4. & Acad. Theol. 1. 4. 5. 6. 7.

SECTIO IV.

*Quid in Classibus Philosophiæ, & Theologiæ Scholasticæ servandum sit.*

1. Philosophiæ Professores sectari debent Aristotelis doctrinam; nisi ea alicubi recederet à sententia communi; aut repugnaret Fidei Orthodoxæ: quam adversus eundem, reliquosque Philosophos tueri debent, juxta Lateranense Concilium.

*Aristotelem quatenus sequi debeant.*

P. 4. C. 14. §. 3. & C. 5. D. 41. & R. Prof. Phil. 2.

2. Ari.

*Ejus Interpretes, & S. Thomas quo loco habendi.*

*u P. 4. C. 14.*

*§. 3. & C. 3. D.*

*47. & C. 5. D.*

*41. 42. 43. &*

*R. Prov. 53. &*

*post. D. 56.*

*Con. 5. Præf.*

*PP. Deput.*

*Nova & inutilia rescanda.*

*Materiarum*

*ordo servandus,*

*& cursus spatium.*

*\* C. 5. D. 41.*

*& St. R. Prov.*

*16.*

*y C. 9. D. 23.*

*\* Ord. pro Stud.*

2. Aristotelis Interpretes de Christiana Religione malè meritos, non sine magno delectu, aut legant, aut in scholam proferant: immo verò eorum insectentur errores, & auctoritatem deprimant: & ita demum Philosophiam interpretentur, ut Theologiæ Scholasticæ ancillari faciant. Contrà verò de S. Thoma loquantur honorificè, etiam quando ab eo discesserint, quod gravatè facient. "

3. Quo verò eorum Doctrina sit tutior, & Theologiæ serviat, oporteret non modò cursum Theologiæ absolvisse, sed eandem biennio repetisse. Si qui autem fuerint proxi ad novitates, removendi à docendi munere. \* Ad compescendam autem novarum, & inutilium quæstionum licentiam, commendatum est P. N. ut curet executioni mandari, quæ hoc in genere præscripta sunt, ejusque prudentiæ remissa monita PP. Deputatorum. y Ex his monitis confecta est Ordinatio, in qua §. 3. 4. 5. 6. indicantur materiæ suis quæque annis Philosophici cursus tractandæ; rejectis quæ aut alibi, aut nusquam docenda sunt. At §. 9. 10. 11. 12. 13. statuuntur plura, quibus prædictis incommodis, occurratur; & quamquam Indicem sententiarum tradendarum, omittendarumque in ea Ordinatione,

tione contentum reformandum non semel decretum est. *a* Ante hanc Ordinationem præscriptus est in plerisque materiis ordo servandus toto triennio. *b* Quod quidem spatium implendum est, ubi sunt Nostri; & singulis quibusque annis hujusmodi Philosophiæ cursus inchoabitur. Pro solis tamen Externis permissum Provinciali id tempus contrahere. *c*

4. Demum servanda sunt, quæ in Regulis Professoris Philosophiæ traduntur St. p. 74. & c. suasque pariter observare debent Ethicæ, & Mathematicæ Magistri, quas habet Ratio stud. p. 81. 82. præter eas, quæ universis latæ sunt, ipsisque etiam Theologis (de quibus statim) communes. *d*

\* 5. In Theologia prælegatur Doctrina Scholastica D. Thomæ, & Magister Sententiarum. Ceterum cum Doctrina D. Thomæ, sit solidior, securior, magis approbata, & consentanea nostris Constitutionibus; is Doctor à Nostriis tanquam proprius habendus; adeò ut ad Cathedras Theologicas minimè sint promovendi, qui S. Thomæ addicti non fuerint. *e*

6. De Conceptione tamen Beatæ MARIÆ, ac de solemnitate Votorum sequantur sententiam communem; *f* & in reliquis C. 5. D. 41. §. 1. & R. Prof. Theol. 3. quis

*a* C. 11. A&.  
11. & C. 12.  
D. 56. §. 3.

*b* R. Philos. 9.  
10. 11.

*c* P. 4. c. 15. §. 2.  
& C. 2. D. 69.  
& St. R. Prov.

17.  
*Reliqua in Regulis videnda.*

*d* St. p. 37. & c.  
\* Professores Theologiae S. Thomæ sint addicti.

*e* P. 4. c. 14. §. 1.  
& C. 5. D. 41.  
§. 1. & C. 7. D. 83. & Ord. pro Stud. §. 7. & PP. Dep. Con. 5. ex D. 42. post D. 56. & St. R. Prov. 9. §. 2. & Præf. 4. & Prof. Theol. 2. 10. 11. 12.

13.  
*Nonnunquam discedere ab eo possunt.*

g PP. Deput.  
Con. 5. post.  
D. 56. & R.  
Prof. Theol. 2.  
3. 4.

*Studeant corro-  
boranda Fidei,  
& Pietati.*

bC. 5. D. 41. §.  
2. & R. Prof.  
Theol. 5.

*Aliqua Doctri-  
na proscrip-  
ta.*

i Catal. cens.  
c. 5. §. 1. & C.  
8. D. 23. & C.  
9. D. 24.

l Catal. cens.  
c. 5. §. 4.

quis non sic S. Thomæ adstricti esse intelli-  
gantur, ut nulla prorsus in re ab eo rece-  
dere liceat, & præsertim in quæstionibus  
merè Philosophicis, aut etiam in iis, quæ  
ad Scripturas, & Canones pertinent; &  
ubi S. Doctoris ambigua sententia fuerit. g

7. In docendo corroborandæ primùm  
Fidei, alendæque pietatis cura habeatur.  
Quare in iis quæstionibus, quas S. Tho-  
mas ex professo non tractat, nemo quid-  
quam doceat, quod cum Ecclesiæ sensu non  
benè conveniat; quodque aliquo modo so-  
lidæ pietatis firmitatem minuat. h

8. Et quia, ut supra diximus, defenden-  
dæ non sunt opiniones ullæ graviter offen-  
sivæ Catholicorum; in specie interdicitur  
in virtute sanctæ Obedientiæ, sub poena  
excommunicationis, & aliis, affirmare; li-  
citur esse cuique Personæ, quocumque  
prætextu Tyrannidis, Principes occidere,  
seu mortem eis machinari. Et Provinciales  
negligentes in curanda executione hujus  
Decreti, non modò easdem poenas incur-  
runt, sed etiam officio privari debent. i In  
virtute etiam sanctæ Obedientiæ vetitum  
est, ne quis de potestate Summi Pontificis  
supra Principes aliquid evulget, nisi Ro-  
mæ probatum. l Prohibetur demum in  
virtute sanctæ Obedientiæ, sub poena ex-  
com-

communicationis, & aliis; ne ullus publicè,  
vel privatim doceat, ut veram, aut tolera-  
bilem opinionem dicentem in re Venerea  
exiguam aliquam delectationem delibera-  
tè quæſitam, ſeu etiam admiſſam, prop-  
ter levitatem materię, excuſari à mortali;  
aut placere ſibi ſignificet, aut ſecundum  
eam conſilium cuiquam det. Itemque ſi  
quis aliquem è Noſtris contra prædicta de-  
liquiſſe noverit; tenetur in virtute S. Obe-  
dientię aperire. *m*

*m* Catal. cenſ.  
c. 4. §. 2. & C.  
9. D. 24.

*Ordo, & ſele-  
ctus quaſtionum  
tradendarum.*

9. Ordo ſervandus in partiendis quæ-  
ſtionibus Theologicis, aut etiam aliquibus  
declinandis, per annos ſingulos, traditus  
eſt in R. Prof. Theol. à Reg. 7. uſque ad  
finem, & in Ord. pro ſtudiis §. 7. & §. 13.  
& §. 15. 16. cum inſertis Indicibus. Quæ  
Ordinatio, quatenus ad Theologos perti-  
net, ideo facta eſt; ut ſemotis inutilibus  
quæſtionibus, utiles tantùm, ac magis ne-  
ceſſarię in Theologia traderentur; quod  
Con. 9. Decr. 31. P. N. commendaverat.  
Quadriennio curſus Theologicus abſol-  
vendus eſt; ſic libris prælegendis distribu-  
tis; ut quolibet quatuor annorum, quivis  
Studioſus inchoare poſſit. *m* De Repeti-  
tionibus Domæſticis actum eſt. Par. 2.  
Cap. 5. Sect. 4.

*m* P. 4. c. 9. §. 3.  
& c. 15. §. 3.  
& B. & D. &  
P. 5. c. 2. §. 2.  
& St. R. Prov.  
9. §. 1. & R.  
Prof. Theol. 7